



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

- I. Die Markgrafen Otto und Conrad vereignen der Stadt Brietzen mehrere Besitzungen und Rechte am 20. November 1290.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

Bewohner Treuenbriegens zur weitem Bearbeitung der Stadtgeschichte entschließen möge. Der Gegenstand würde für ein sorgfältiges Studium lohnend genug seyn. Bei einer solchen Bearbeitung würde es aber, wie sich von selbst versteht, wenig Dank verdienen, wenn der Verfasser sich nur darauf beschränken wollte, — wie leider von den meisten Bearbeitern der Geschichte einzelner Märkischer Städte geschehen ist — allgemeine historische Verhältnisse der Mark Brandenburg mit Beziehung auf Treuenbriegen nachzuerzählen; sondern kommt es vielmehr hauptsächlich darauf an, die Geschichte der innern Verfassung, öffentlichen Einrichtungen und gesammten Entwicklung der Stadt möglichst speciell und vollständig, an der Hand urkundlicher Beläge nachzuweisen.

Die nachstehend mitgetheilten Urkunden sind meistens aus den im Archive der Stadt beruhenden Originalien und Copialbüchern entnommen; die dem Abdrucke zu Grunde gelegten Abschriften aber nicht von mir selbst, sondern von dem durch Verdienste um die Quellenammlung für die Geschichte Brandenburgischer Städte rühmlich bekannten Archivar der Stadt Berlin, Herrn Jbidicin, angefertigt.

U r k u n d e n .

I. Die Markgrafen Otto und Conrad vereignen der Stadt Briegzen mehrere Besitzungen und Rechte am 20. November 1290.

In nomine Domini Amen. Otto et Conradus, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, omnibus has literas cernentibus in perpetuum. Gesta hominum ducerentur frequentius in irritum et inane, si non voce testium et scripturarum authenticarum reciperent firmamentum. Nosse igitur presentes volumus posteris nec latere, quod civitati nostre Brizene addidimus et apposuimus quatuor triginta mansos, qui vocantur Heidehouen pro colendis et domum mercatoriam, que vocatur Kophufs, Indaginem universam citra civitatem, locum qui vocatur Radewisch et locum, qui vocatur mollendick, cum lignis humilibus supercrefcentibus, areas ante civitatem sitas cum omnibus utilitatibus et omni juris integritate, Insuper pascua civitati donavimus supra et infra, mericam, sitam iuxta civitatem, insuper indaginem, quam habitat dominus Albertus de Lindow cum omni sua utilitate apposuimus civitati et debetur hec indago in Civitate Brizene et non alias resignari, et predictum molendinum, quod situm est ante Pontem civitatis, confagittabit cum Civibus in Brizen. Hec premissa omnia cum omni juris integritate et cum omnium utilitate prefate nostre civitati donavimus et apposuimus quiete et pacifice perpetuis temporibus possidenda. Preterea ipsis Civibus concessimus et indulimus, quod cum pecora villanorum de Budorp stipulas ante civitatem ad pascendum adierint, quod omnia pecora burgenium licite subsequi debent, nec proinde occupari per aliquem siue per aliquos pignorum captione debebunt. Ut igitur hec nostra donatio non possit futuris temporibus immutari, presentes literas conscribi iussimus et sigillorum nostrorum appensione communiri. Testes huius

rei sunt fideles nostri Conradus de Reder, Hinricus de Wartenberg, Otto de Gladegau Advocatus et Dominus Johannes de Alwischen et alii plures fide digni. Acta sunt hec et data Magdeburgi, anno Domini MCC° LXXX° XII. Kal. Decembr. per manum Domini Alwardi curie nostre Capell. et Notarii.

II. Die Markgrafen Otto und Conrad verschreiben der Stadt Brietzen zehnjährige Abgabefreiheit, damit selbige sich mit steinerner Mauer umgeben möge, am 2. November 1296.

Nos Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses et de Landsberg, cum manifesta recognitione tenore presencium protestamur, quod viris prouidis et discretis Burgensibus civitatis Brizen libertatem donavimus a data presencium ad decennium duraturam, Ita quod tempore medio eorum civitatem muro lapideo circumdabunt, ut pendenti et durante hac libertate nihil exactionis nec prorsus confagitationis in euentum aliquem nobis dabunt, verum ab omni inquietatione erunt liberi et exempti. Ne igitur huiusmodi libertatis concessio a nobis seu a nostris officialibus ullatenus irritetur, presens damus scriptum sigillorum nostrorum appensionibus communitum adhibitis testibus Johanne de Sydou, Wenero de Schwanenberghe, Raven nostro Marscalco, Burchardo de Kokstede militibus et quam plurimis aliis fide dignis. Actum et Datum Prinzlau, anno incarnationis dominice M. CC. LXXXVI, in crastino omnium sanctorum, per manus domini Zacharie nostre curie notarii.

III. Markgraf Otto verzeignet dem Kloster Zinna den die Stadt Brietzen durchlaufenden Fluß die Niepliß, am 13. Jan. 1301.

Otto, Dei gratia Marchio Brandenburgensis omnibus hoc scriptum cernentibus perpetua pace gaudere, notum facimus protestando tenore presentium universis Christi fidelibus presentibus et futuris, quod venerabiles in Christo viri Dominus Abbas et conventus monasterii in Czinna Cisterciensis ordinis Brandenburgensis Diocesis sibi a nobis cum consensu gloriosi principis Marchionis Conradi fratris nostri ac heredum suorum comparauerunt proprietatem fluvii civitatem Britz ne pertransuentis a prima ortus sui origine usque in sylvam que vocatur Havelbruch cum omnibus rivulis affluentibus, lignis, pascuis, areis desertis et non desertis ad ipsum pertinentibus ac molendinis nunc in eo locatis et in posterum locandis superius et inferius intus et extra civitatem, omnibus redditibus provenientibus ex eis cum utroque suo littore pleno jure. Preterea damus eis et confirmamus hujus proprietatis libertatem cum plenitudine omnis juris ita, quod neque super jure Burchwardi neque super jure Advocatie alicui Advocatorum nostrorum teneantur ullatenus respondere. In cujus rei lucidum et evidens testimonium presentem paginam fratribus predictis tradidimus sigilli nostri munimine roboratam. Testes sunt dominus Conradus de Redere, Dominus Conradus Rawen nostre Curie Pincerna, Dominus Otto de Ronys et plures fide digni. Datum Wolmerstadt Anno gratie M. CCC. Primo, Idus Januarii.